



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Petrus Martinez.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

*P. Petrus Martinez .**Hispanus.
in insula
Tacatucurana.**28. Sept.
1566.**Charitas.
Obed.**Fides.*

Visâ in Societate mutuâ sociorum charitate, Societatem, à qua fuerat animo alieno, expetijt, & obtinuit. In illa parendi, tam fuit audus, vt non duo tantum, verum ducenta officia subire se paratum diceret, si obedientia ita vellet. quare fuit semper, in culina, in nauis, ad operas, ad conciones, ad sacras expeditiones aptus & expeditus. In Florida incediam perpeffus, dum omnes circum terras lustrat, in illas Euangelium illaturus, è scapha extractus à barbaris, flexis genibus, elatis in cælum manibus, capite clauâ confraçto, mortem quam optabat, quamque prædixerat, est adeptus. Catharina Martinez, Petri è germano

ne-

neptis, anno 1615. iam
 deposita mortem opperie-
 batur; cum vocem audiuit,
 quâ nominatim vocabatur.
 Ignaræ cuius ea vox esset,
 ac hærenti, dictum: Ego
 sum tuus patruus, P. Petrus
 Martinez è Societ. IESV:
 Deus meis precibus inco-
 columitatem tibi restituit.
 Incipe ab hoc die te impen-
 sius dedere Dei obsequio:
 contemne teipsam, & mun-
 dum, & quicquid in eo est;
 & cessa à litibus. Hisce au-
 ditis repentinò se sanam
 reperit; stupente medico
 quòd iam incolumis se ve-
 stiret, ac cælestis odoris
 quiddam fragraret in con-
 clavi. Aiunt pluuiam quo-
 que illius meritis, ac vale-
 tudinem, etiam alijs, impetra-
 tam.

*Post mor-
tem.*

*Disce à
mortuis.*

Feruoꝝ.

*Humili-
tat.*

P. Ioannes de Fonseca.

Lusitanus.
in Iapo-
nia.
 29. Sept.
 1620.
 etat. 50.
 Soc. 32.

Arimæ Iapones multos
 per annorum 16 intervallum
 facundo sudore conuertit.
 Hunc demum inedia, &
 ærumnæ longissimæ atque
 plurimæ confecere, cum
 tempore exilij socijs eiectis,
 clam ipse istic latuit vt Chri-
 sti pusillo gregi prodesset.

P. Martinus Laterna.

Roxola-
nus.
in mari.
Baltico.
 30. Sept.
 1598.
 etat. 45.
 Soc. 29.

Calisij literis imbutus est
 magnâ ingenij famâ vsque
 ad laudem extemporalitatis.
 Braunsbergensium Patrum,
 pietate, doctrinâ, consue-
 tudine delectatus; exemplo
 sui magistri, se in Societa-
 tem dedit 10. Maij. Fuit
 Philosophus, Theologus, &
 missionum Apostolus insi-
 gnis; at planè mirabilis in
 pœnitentiâ prædicandâ, ve-
 lut Ioannes in deserto. In

Exer-
cium.

Ste-